

ribus et uicinis, iuxta Arnū confedisse, et a loci situ fluētinos, ut praeterfluētī Arno appositos, initio dictos, sicut in uno eo Plinio constare uideo. Mox florente beatus, et arridente fortuna, Florentinos appellatos quomodo Corn. Tacitus, Prolemæus: Procopiusq; nominant. Eam deinde Romani Triuiri Coloniam deduxerunt, quod Auctor antiquus in cœnobio Bobiensī: cura ac industria Merulae Alexandri: reperiunt aperte notificat his uerbis. C. Cæsaris auspiciis, et M. Antoni, et M. Lepidi Florētia deducta. III. uiris adsignata lege Julia. C. ceterū Cæsarianæ in iugera per Cardines et Decumanos, Termini rotundi pedales, et distant a se pedes. II. CCCC. Laudanti et admiranti fortunam tuā ac externa bona princeps omnium principum maxime, interpellat animi uerā semper laudes, ac ingenii dotes innumerā quantā in nullo unq; principe rutilarunt. Siquidem uita tua mera censura est. Aditus ad te tantā facilitatis ut Augustum, Arthoxerem, Philippum, post aniculae monitus saluberrimos, longe superes. Apud benignissimas aures tuas nemonon quātū uoluit dixit. Vnum superest miraculo proximū qd̄ quæ dissipata reges, ac herōicos uiros assatim ornāt et redimunt: Tu diuite copula coniugasti, et animum uirtutum uarietate uelut astrorum fulgoribus, illustrasti. Cyrū memoriā famæ uindicat æternæ. In te memoria p̄sentissima: cuius uirtute felici subditorū curas, et aliena negocia p̄curris. Anaxarchū patientia æternat. Hac tu fortunā delassasti, et quæ iamā manus daturū sperauerat, exarmasti. Strauisti triumphasti. Fortitudo principū principē facit Achillē iracūdū tamen et in danaidū poculo bibētē. Tu post oppressas uulpecularū insidias, quod singularis fortitudinis ē specimē, teipsum superasti. Cū oīa possis, ut Christiani imperii moderator et arbiter honestū tātū uelis. Iustitia Lucifero clarior Aristidē eximit humanis, et superis inserit, in te certe testimonio uniuersi generis humani uirtus hæc irroboraui, ut pace p̄ritorū, p̄sentiuq; principū dictū sit nullus i hac uirtute sit excellentior. Qua tu nō mō cūctos antecellere gloriarī potes, uerū cū Bonon. legatū agas patriā nostrā hac una uirtute felicissimā reddidisti, p̄sertim quo hæc scribebā tpe cū diuino consilio Tertiu Catonē, Lyurgū, Solonē, Zaleucū, Pyttacū nobis. R. Bernardū Rosciū, dictatore sūmūq; magistratū, et p̄legatū eē uoluisti: qui affabilitate comissima, æq̄tate libratissima, Iustitia, sanctitate, seditiones, odia, latrocinia, patricidia, mōstraq; urbana inurbanissima: ut Hercules Augiæ stabula cōuertere, Iustitraq; nō dubitauit. Doctus, eloquēs, feuerus, clemēs, princeps ad unguē facrus, fortis, et imperitius ip̄mis, pastor gregis egregius, et q̄ maxime uiciis irasci p̄t, quoniā his maxie caret. In quo populus Bonon. tibi cōcorditer applaudit, et seruata iā iā tuētē patriā, adscibit. Sed iā unde digressa est, reuertat oratio. Fabriciū Temperatiā collustrat, quā i uirtute tu regnas, Catonē Camillūq; nedū Fabriciū relinquēs. Sed iam nimis longū loquor, dū singula cōnumero, quæ fatū benignius, et cœli assensus indulgentior in te unū cōgesserūt, quo fit ut appellatione Archiflamini Roma sagax, et nasura, Iulium Medicen intelligat, etiq; adeo suspiciat, ut sidera iter mortales ambulatiā, nō maiore motura sint admirabilitatē.